BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 384r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



inter ligna siluarum sic dilectus
meus inter filios. sub umbra
illius quem desiderabam sedi. et
fructus eius dulcis guttur meo
Introduxit me rex in cellam ui
nariam. ordinauit in me caritatem.
fulcite me floribus. et stipate me
malis quia amore laus
ueo. leua eius sub capite meo et
dextera illius amplexabitur me
Adiuro uos filie ierusalem per capreas
ceruosque camporum ne suscitetis
neque euigilare faciatis dilectam
quo ad usque ipsa uelit. Vox
dilecti mei ecce iste uenit saliens
in montibus transiliens colles
Similis est dilectus meus. cap
pree hinuloque ceruorum. En
ipse stat post parietem nostrum
respiciens per fenestras prospiciens
per cancellos. et dilectus meus loqui
tur michi. Surge propera amica
mea. columba mea formosa mea
et ueni. Iam enim yems transit ym
ber abiit et recessit flores appar
uerunt in terra nostra. tempus pu
tacionis aduenit. Vox turturis
audita est in terra nostra. ficus pro
tulit grossos suos. vinee florentes
odorem suum dederunt. Capite
nobis uulpes paruulas que demo
liuntur vineas vinea nostra
floruit. Dilectus meus michi
et ego illi qui pascitur inter lilia
donec aspirat dies. et inclinen
tur umbre. Reuertere similis esto
dilecte mi capree aut ynulo

ceruorum super montes bethel.
Lectulo meo. III
Per noctes quesiui quem diligit
anima mea. Quesiui illum et non
inueni. surgam et circuibo per ciui
tatem per uicos et plateas queram
quem diligit anima mea. Que
siui illum et non inueni eum. Iue
nerunt me uigiles qui custodiunt
ciuitatem. Num quem diligit a
nima mea uidistis. paululum
cum pertransissem eos inueni quem
diligit anima mea. tenui eum.
nec dimittam donec introducam
illum in domum matris mee et in
cubiculum genitricis mee. Ad
iuro uos filie ierusalem per capreas cer
uosque camporum ne suscitetis.
neque euigilare faciatis dilectam
donec ipsa uelit. Que est ista que
ascendit per desertum sicut virgula
fumi ex aromatibus mirre et tu
ris. et uniuersi puluis pigmentarii
En lectulum salomonis sexaginta
fortes ambiunt ex fortissimis
israel. omnes tenentes gladios
et ad bella doctissimi. uniuscuiusque
ensis super femur suum propter timo
res nocturnos. ferculum fecit
sibi rex salomon de lignis lyba
ni. columpnas eius fecit argen
teas reclinatorium aureum. as
censum purpureum media ca
ritate propter filias israel. Egre
dimini et uidete filie syon regem
salomonem. in diademate quo
coronauit eum mater sua. in

384